Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift

benuolentie, ut etiam ego tam breuiter
respondere. Si; nisi et illa commemorem
quibus respondeo, quis poterit que admoctu re
spondere iudicare. Conabor tamen quantum ua
luero adiuuantibus me apud dim misericordiam et
orationibus uestris. ut ultra quam necesse est
meus sermo percurrat. Ante omnia inquit
interrogandus est qui negat hominem sine pec
cato esse posse. quid sit quidcumque peccatum quod
uitari potest. aut quod uitari non potest.
Si quod uitari non potest. peccatum non est. Si quod ui
tari potest. potest homo sine peccato esse quod uitari
potest. Respondemus uitari posse peccatum.
si nata uiciata sanetur gratia dei. per dm nrm ihm xpm filium
dei. Infantum enim sana non est. inquantum id quod fa
ciendum est aut cecitate non uidet aut infir
mitate non implet. quia caro concupiscit
aduersus spiritum. et spiritus aduersus carnem. ut
ea que uult ho non faciat. Iterum querendum
est inquit. Peccatum uoluntatis an necessitatis
est. Si necessitatis est. peccatum non est. Si uo
luntatis est. uitari potest. Respondemus
quod sup. et ut sanem inuocamus eum cui dicitur
in psalmo. de necessitatibus meis educ me.